

Cambridge University Press

978-1-108-05162-0 - Symeonis Monachi Opera Omnia: Volume 1: Historiae Ecclesiae Dunelmensis  
Symeon of Durham Edited by Thomas Arnold

Excerpt

[More information](#)

---

---

**SYMEONIS MONACHI HISTORIA  
DUNELMENSIS ECCLESIÆ.**

---

Cambridge University Press

978-1-108-05162-0 - Symeonis Monachi Opera Omnia: Volume 1: Historiae Ecclesiae Dunelmensis  
Symeon of Durham Edited by Thomas Arnold

Excerpt

[More information](#)

---

## SYMEONIS MONACHI HISTORIA DUNELMENSIS ECCLESIAE.

[PRÆFATIO SYMEONIS.]

EXORDIUM hujus, hoc est, Dunelmensis ecclesiæ describere majorum auctoritate jussus, ingenii tardioris et imperitiæ mihi conscius, non obediens prius cogitaveram: sed rursus obedientiæ hoc præcipientium plusquam meis viribus confidens, juxta sensus mei qualitatem studium adhibui. Ea scilicet quæ sparsim in scedula invenire potui, ordinatim collecta digessi: ut eo facilius peritiores, si mea non placent, unde suæ peritiæ opus conveniens conficiant, in promptu inveniant. Itaque congruum videtur, ut omnium ipsius ecclesiæ episcoporum, ab illo qui ejus fundator primus extiterat usque illum . . . . .<sup>1</sup> qui in præsenti est, hic ordine nomina ponantur, quibus et eos qui illis successuri fuerint episcopos diligens futurorum cura scriptorum apponere non negligat.

Aidanus.	Ecgbertus.	Aldredus.
Finanus.	Heathuredus.	Elfsig.
Colmanus.	Ecgredus.	Aldhunus.
Tuda.	Eanbertus.	Eadmundus.
Eata.	Eardulfus.	Eadredus.
Cuthbertus.	Cutheardus.	Egelricus.
Eadbertus.	Tilredus.	Egelwinus.
Eadfridus.	Wigredus.	Walcherus.
Ethelwoldus.	Uhtredus.	Willelmus.
Kynewulfus.	Sexhelmus.	Rannulfus. <sup>a</sup>
Higbaldus.		

In obedience to his superiors the author has undertaken to describe the origin of the church of Durham.

<sup>1</sup> Erasa videtur vox “Rannulfum,” Bedford.

<sup>a</sup> This is the last name in the original hand.

Hic scripta continentur nomina monachorum in hac ecclesia, ad incorrupti corporis sanctissimi Cuthberti præsentiam jam professorum, quorum nominibus præscriptis etiam illorum nomina qui futuris temporibus annuente Christo ibidem professionem facturi fuerint, ut scribendo adjungat, posterorum quæsumus sollertia semper meminisse studeat.

Præterea lectorem petimus, ut tam pro illo qui hoc opus fieri jussérat, quam pro illis<sup>1</sup> qui obediendo jussis id studio et labore perfecerint,<sup>2</sup> Domino Jhesu Christo preces fundere dignetur. Sed et pro omnibus, quorum hic nomina viderit, divinæ pietatis abundantiam invocare meminerit, vivis quidem postulans sanctæ professionis augmentum et bona perseverantiae in futuro premium, et defunctis, ut percepta venia peccatorum, mereantur videre bona Domini in terra viventium.<sup>3</sup>

Aldwinus.	Benedictus.	Jacob.
Elfwiſus	Martinus.	Moyses.
Willelmus.	80. Joseph.	Alexander.
Leofwiſus.	Papa.	Willelmus.
Wulmorus.	Petrus.	Albanus.
Turgotus.	Thomas.	Henricus.
Edwinus.	Edwinus.	160. Silvester.
Turkillus.	Lambertus.	Rodbertus.
Columbanus.	Thomas.	Ivo.
10. Elfwinus.	Fulco.	Benedictus.
Godwinus.	Leviat . . . s.	Reginaldus.
Elmarus.	Tuoldus.	Aculfus.
Helias.	90. Ricardus.	Reginaldus.
Suartebrandus.	Ainulfus.	Ysaac.
Gamelio.	Ald . . . s.	Walterius.
Godwinus.	Laurentius.	Tuoldus.

<sup>1</sup> *illo*, C.

<sup>2</sup> *perfecerit*, C.

<sup>3</sup> addit. C., “Verumtamen quibus  
“ non vacat, vel legere plurima

“ non valent, hoc, si voluerint,

“ legant opus; compendiosa brevi-

“ tate poterunt scire. *Explicit*  
“ *Apologia Simeonis monachi.*”

## HISTORIA DUNELMENSIS ECCLESIAE.

5

	Wikingus.	G . . . . .	s. 170.	Reginaldus.
	Godwinus.	Y . . . . .	s.	Jurdanus.
	Egelricus.	D . . . . .		Rodbertus.
20.	Seulfus.	M . . . . .	s.	Alanus.
	Gregorius.	Absalon.		Asketinus.
	Edmundus.	Willelmus.		Johannes.
	Rotbertus.	100. Ysaac.		Bartholomeus.
	Osburnus.	David.		Samson.
	Dunningus.	Mauricius.		Helyas.
	Ernanus.	Henricus.		Germanus.
	Edmundus.	Daniel.	180.	Walterius.
	Kytellus.	Laurentius.		Ricardus.
	Romanus.	Odo Alanus.		Rodbertus.
30.	Godricus.	Gregorius.		Henricus.
	Nicholaus.	Radulfus.		Johannes.
	Heinricus.	Walterius.		Steinketel.
	Gregorius.	110. Gervasius.		Ricarius.
	Alanus.	Antonius.		Ambrosius.
	Willelmus.	Suanus.		Leofwinus.
	Godselinus.	Moyses.		Huetredus.
	Eluredus.	Adam.	190.	Thomas.
	Symeon.	Silvester.		Alanus.
	Edwardus.	Eilricus.		Arkillus.
40.	Gamelo.	Albinus.		Wigotus.
	Anskitillus.	Simundus.		Gaufridus.
	Walterus.	Vitalis.		Elfridus.
	Martinus.	120. Rogerius.		Johannes.
	Osmundus.	Jacob.		Silvanus.
	Godwinus.	Daniel.		Barnardus.
	Edmundus.	Rodbertus.		Johel.
	Rogerius.	Rodbertus.	200.	Walterius.
	Aldwinus.	Petrus.		Rannulfus.
	Algarus.	Samuel.		Asketinus.
50.	Samuel.	Johannes.		Willelmus.
	Odo.	Ernanus.		Elfredus.
	Willelmus.	Lifricus.		Odo.
	Ricardus.	130. Theodricus.		Rodbertus.

Johannes.	Radulfus.	Clibertus.
Normannus.	Helyas.	Altwinus.
Leodgarus.	Radulfus.	Fabianus.
Farmannus.	Ælricus.	210. Herebertus.
Egelredus.	Willelmus.	Hugo.
Rotbertus.	Ricardus.	Gaufridus.
60. Vivianus.	Durandus.	Olaf.
Eluricus.	Ælfredus.	Elwinus.
Radulfus.	Serlo.	Constantinus
Elfwinus.	140. Willelmus.	Willelmus.
Clibernus.	Ricardus.	Walterius.
Brianus.	Augustinus.	Willelmus.
Bernardus.	Asketinus.	Ricardus.
Rogerius.	Lambertus.	220. Osmundus.
Rotbertus.	Tuoldus.	Gilebertus.
Baldwinus.	Leofwinus.	Rodbertus.
70. Siwardus.	Rodbertus.	Gregorius.
Paulinus.	Hugo.	Petrus.
Siwardus.	Jacobus.	Absalon.
Edmundus. <sup>a</sup>	150. Alanus.	Patricius.
Ælfredus.	Waltheus.	Suanus.
Normannus.	Joseph.	Theodbaldus.
Thurstinus.	Rogerius.	Girardus.
Aidanus.		

<sup>a</sup> This is the last name in the original hand; the remainder are in a hand about fifty years later.

Cambridge University Press

978-1-108-05162-0 - Symeonis Monachi Opera Omnia: Volume 1: Historiae Ecclesiae Dunelmensis  
Symeon of Durham Edited by Thomas Arnold

Excerpt

[More information](#)

## [EPITOME.]

*INCIPIT PRÆFATIO REVERENDI Simeonis monachi et præcentoris ecclesiae Sancti Cuthberti Dunelmi, in historia de exordio Christianitatis et religionis totius Northumbriæ, de fide et origine sancti Oswalди regis et martyris, et de prædicatione sancti Aidani episcopi.<sup>a</sup>*

REGNANTE apud Northanymbros Christianissimo rege et postea martyre Oswaldo, vir eximiae sanctitatis Aidanus, primus in regno ejusdem regis verbum fidei prædicans, primus Lindisfarnensis sive Dunelmensis ecclesiae fuit episcopus, sedemque episcopalem simul et monachicam, ut venerabilis presbyter et monachus Beda in historia Anglorum attestatur, in ipsa ecclesia habitationem jubente rege præfato et cooperante instituit, anno ab incarnatione Domini DCXXXV. Ex hac ecclesia omnes ecclesiae et monasteria provinciæ Berniciorum sumpserunt exordium. Regio enim Northanymbrorum in duas dividitur provincias, Deirorum scilicet et Bernicorum. Permansit autem in præfata ecclesia monachorum congregatio nobilis et religiosa, per CCXL annos. Exinde crudelis barbarorum manus innumeris navibus in Angliam transvecta, omnia quaqueversum depopulans, etiam reges qui tunc plures erant Anglorum, inter quos et Edmundum martyrem gloriosum, interfecit. Northanhymbrorum autem provincias atrocius devastans, omnes ecclesias, omnia monasteria ferro et

The see of  
Lindisfarne,  
or Durham,  
founded by  
St. Aidan.

The monas-  
tery de-  
stroyed by  
the Danes

\* This so-called Preface is merely an epitome of the contents of the History itself. The heading to it, as above, only occurs in C. Though it precedes the true preface ("Exordium" &c.) in D., yet the writer of C. did not judge ill when he

transposed the two, for this epitome was probably the result of an after-thought, placed by Symeon before the preface because it could not without much erasure appear in its proper place.

Cambridge University Press

978-1-108-05162-0 - Symeonis Monachi Opera Omnia: Volume 1: Historiae Ecclesiae Dunelmensis  
Symeon of Durham Edited by Thomas Arnold

Excerpt

[More information](#)

in the ninth century, and the monks murdered.

incendio delevit, adeo ut nullum pene Christianitatis signum post se discedens reliquerit. Vix episcopus suprascriptæ<sup>1</sup> ecclesiæ Eardulfus, cum incorrupto Sancti Cuthberti confessoris corpore fugiens, evasit mortem cum paucis. Porro monachi qui loci reverentia confidentes remanserant, de ecclesia extracti, alii in mare ab hostibus submersi, alii captivi abducti, alii detruncti, alii aliis tormentis miserabiliter affecti, omnes simul interierunt. Tali modo monachica congregatio defecit apud corpus Sancti Cuthberti. Porro jam memoratus episcopus et post eum aliquot sui successores, dominantibus per multos annos in provincia barbaris, cum sacri corporis thesauro incertis huc illucque sedibus vagabantur, nusquam ante faciem barbarorum et gladii imminentis habentes requiem, donec pace redditæ, et facta divinitus revelatione, in Dunelmum, ubi nunc requiescit, perlatum sit. Peremptis autem, ut dictum est, memoratae ecclesiæ monachis, parvuli qui inter illos nutriebantur et instituebantur sub disciplina diligenter, quoquo modo evadentes manus hostium, corpus quidem sancti confessoris comitati sunt; sed tradita sibi districione paulatim postposita, ecclesiasticam disciplinam odio habuerunt, remissioris vitae illecebras sequuti. Nec erat qui eos sub ecclesiastica censura coerceret, utpote cultura Dei destructis monasteriis et ecclesiis poene deficiente. Seculariter itaque omnino viventes, carni et sanguini inserviebant, filios et filias generantes. Quorum posteri per successionem in ecclesia Dunelmensi fuerunt nimis remisso viventes, nec ullam nisi carnalem vitam quam ducebant scientes, nec scire volentes. Clerici vocabantur, sed nec habitu nec conversatione clericatum prætendebant. Ordinem psalmorum in canendis horis secundum regulam Sancti Benedicti institutum tenuerunt, hoc solum a primis institutoribus monachorum per paternam traditionem sibi transmissam servantes.

The relics of St. Cuthbert are saved, but the guardians of them cease to observe regular discipline.

<sup>1</sup> *supradictæ*, Twys.

Cambridge University Press

978-1-108-05162-0 - Symeonis Monachi Opera Omnia: Volume 1: Historiae Ecclesiae Dunelmensis  
Symeon of Durham Edited by Thomas Arnold[Excerpt](#)[More information](#)

## HISTORIA DUNELMENSIS ECCLESIAE.

9

At Willelmo majore regnum Angliæ adepto, cum ecclesiarum et monasteriorum recalesceret religio, Walcherus de clero Leodiensis ecclesiæ in præsulatum ecclesiæ Dunelmensis sublimatur, vir natu nobilis, sed prudentia et honestate nobilior. Videns in ecclesia nec sui ordinis clericos, nec monachos, graviter indoluit. Quippe quos nec ad emendatiorem vitam, nec ad mores ecclesiasticos corrigibiles invenit. Relegens autem historiam Anglorum et vitam Sancti Cuthberti, quæ utraque venerabilis Beda composuit, repperit monachorum congregationem a primo ipsius ecclesiæ præsule Aidano et Oswaldo rege, ut supradictum est, ibidem locatam, et ante præsulatum Sancti Cuthberti, et post, ad corpus ipsius Deo deservisse, donec, sicut dictum est, hostilis impietas eam funditus extinxisset. Cogitans ergo antiquum in ecclesia restaurare servitium, Deum oravit, ut actiones suas aspirando præveniret, et adjuvando prosequeretur. Nec multo post, quidam spiritu pauperes monachi in australibus Angliæ partibus divinitus commoniti, ut Deo servituri in provincia North-anymbrorum peregrinarentur, ad episcopum venerunt Walcherum, rogabantque ut in suo eis episcopatu ubi possent habitare, et si quos forte valerent servituros Deo sibi liceret aggregare. Lætior solito fit episcopus, eosque quasi a Deo sibi missos dulciter amplectitur, et reddita Deo gratiarum actione benignissime suscipit. Mittensque illos in Gyrum et Wiramuthe, duo sui episcopatus loca ubi sanctorum quondam fuerant habitationes, ibi præcepit interim manere, sibique quos possent in Dei famulatum associare, donec processu temporis et maturo consilio, constructis habitaculis, eos monachos monachi simul et episcopi Cuthberti corpori vicinius adjungeret. Fecerunt ut jusserat, et reædificantes destructa sanctorum habitacula, exemplo vitæ et doctrina nonnullis profuerunt, ut mundo abrenunciantes eos propositi sui comites haberent. Exultat in his vehementer episcopus, quoniam per hos sperabat

Bishop  
Walcher  
bewails  
this state of  
things.

Some south-  
ern monks  
repair to  
him; he  
settles them  
at Wear-  
mouth and  
Jarrow.

sacræ religionis augmentum, ubi poene totius honestatis et pietatis invenerat defectum. Interim circa parietes Dunelmensis ecclesiæ jactis fundamentis, cœpit ædificare habitacula monachorum habitationi congrua. Sed priusquam ea perficeret, crudeli suorum manibus morte præventus est.

Cui succedens in episcopatum Guillelmus, vir, ut omnes qui eum noverant attestantur, magnæ prudentiæ et consilii, locum ecclesiastica et monastica destitutum observatione ingemuit. Revolvens et ipse antiquorum scripta, ecclesiam illam a monachis, videlicet Aidano monacho et pontifice, et a monachis quos secum adduxerat, in primis fundatam repperit et perfectam; sed a paganis monachos interficiens primæva servitute destitutam. Itaque decrevit Deo auctore antiqua restaurare, quæque prædecessor suus incepérat, ad effectum perducere. Alloquitur primo illos quos in ecclesia invenerat, ut vel clerici regulares, vel monachi fierent, ut quovis ordine disciplinati vitam ducerent. Sed quoniam durum eis erat assueta relinquere, et in veteri mente nova meditari, neutrum admiserunt. Episcopus regi magno Guillelmo universa replicans, et quæ in libris scripta de ecclesia sæpedicta, et quæ nunc in ea invenerat, mox ab ipso rege ad beatæ recordationis Gregorium septimum papam mittitur, tam de his eum consulturus quam de aliis quæ sibi mandaverat. Cui cum de beati patris Cuthberti sanctitate quædam licet pauca dixisset, illius per omnia sibi placuit consilium, ut videlicet monachos quos in duobus episcopatus locis Guiramuthe et Girwe invenerat, in unum coram sancto illius corpore congregaret, quia episcopatus parvitas ad tria monachorum cœnobia non sufficeret. Hoc quoque Apostolica confirmando auctoritate, regi, archiepiscopis, et episcopis Angliæ suam super hoc voluntatem remandavit et consensum. Unde rex valde gavisus, assistentibus totius regni primatibus, præcepit ut rem quantocius ad effectum perduceret episcopus. Quod

He begins  
to build a  
monastery  
at Durham;  
is murdered  
before he  
can com-  
plete it.

His suc-  
cessor,  
William of  
St. Karileph,  
with the  
consent  
of pope  
Gregory  
VII., re-  
moves the  
monks from  
Wearmouth  
and Jarrow  
to Durham,